AUGUSTINUS
Admont, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& rectio amore nullus eam. idoq; quantum ad inuicem referunt duo s.
quasi ad seipsa dicunt. & singula spe & simul utrumque unum spes. & singula
mens & simul utrumque una mens. Vbi quantum adtendam quantum possum
& inuocem lucem sempiternam ut illuminet tenebras nras. & uideam
in nobis quantum sinimur imaginem dei. Mens noticia sui non in seipsa esse non posse.

·III· Mens enim amare seipsam non potest nisi etiam nouerit se. Nam quomodo amat
quod nescit. Aut si quisquam dicit ex noticia generali uel speciali mentem
credere se esse tale qales alias exprimere & idoo amare seipsam. Isipi
entissime loquitur. Vnde enim mens aliquam mentem nouit si se non nouit.
Neq; enim ut oculus corporis uidet alios oculos & se non uidet. Ita mens
nouit alias mentes & ignorat semetipsam. Oculos enim corporis
corpora uidemus quia radios quos per eos emicant & quoquo cernimus tangunt
refringere ac retorquere in ipsos non possumus nisi cum speculum inuenimus. Quod
subtilissime obscurissimeq; disseritur donec apertissime demonstretur
uel ita se rem habere uel non ita. Sed quomodo se habeat uis quam per oculos cernimus.
ipsam certe uim siue sint radii siue aliud aliquid oculis cerne non valemus
sed mente quimus. & si fieri potest etiam hoc mente comprehendimus. Nam quia ipsa
sine corporeorum rerum noticiam per sensus corporis colligimus. sic incorporeorum per semet
ipsam. Ergo & seipsam per seipsam nouit quo est incorporea. Ita si non se nouit
non se amat; Ita esse in anima quasi unum. mentem & noticiam sui & amorem.

·IIII· Sicut ergo duo quasi s. mens & amor eius cum se amat. Ita duo quasi s
mens & noticia eius cum se nouit. Ipsa quoque mens & amor & noticia eius ita
quasi s. & hec ita unum s. & cum perfecta s equalia s. Sed nimium se amat
quasi esset. vt uerbi gratia tantum se amet homis mens quantum amandum est corpus
homis cum plus sit ipsa quam corpus peccat + & non perfectum habet amorem suum.
Maiore autem puritate & integritate peccat cum corpus tantum amat quantum
amandus est deus. Nec noticia si minor est quam est illud quod nouerit &

+ & non est perfectus amor eius. Nec si amplius se amet quam est amandus est deus est inseparabilis
minus sit ipsa quam deus etiam sic nimio peccat.